



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 132. Executio Sententiæ a Parisiensi Senatu pronuntiatæ per Reginam impedita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

tioni Principum ingerere, quam contra Sæc. XVII.  
pestem medicinam præscribere. Postea A.C. 1610.  
Ravaillac confessionem exaggerans,  
livido dente in P. Gonterium itidem Je-  
suitam invehebat, affirmans, quod  
hic in suis sermonibus cunctos suæ do-  
ctrinæ adversantes insectatus illos per lu-  
dibrium *Catholicos Regios* nominarit,  
perinde acsi hi novam in Ecclesia exor-  
tam sectam conficerent, idem quoque  
in Belgio a P. Heriberto Rosweido pro-  
pugnatum fuisse (\*), asserebat præfa-  
tus Facultatis Syndicus.

### §. CXXXII.

#### *Executio sententiæ a Parisiensi Se- natū pronuntiatæ per Reginam impedita.*

Hoc comperto Jesuitæ nîl intentatum, Argentre  
inausumque relinquebant, ut hujus l.c. pag. 35.  
sententiæ executionem præpedirent, Gramont  
& Societatem æque ac Bellarminum l. c.  
ab hac infamia vindicarent. Expedien-  
do autem huic negotio nullus aptior  
videbatur præter Sedis Apostolicæ Nun-  
tiū, qui etiam ad eorum preces Re-  
ginam accedens, hoc Senatus Decretum  
Pontificiæ auctorati oppido injuriosum  
esse exponebat. Hæc igitur die prima

De-

(\*) In suo libro *de fide hæreticis servanda*,  
*Hist. Eccles. Tom. LIV.* Oo

Sæc. XVII. Decembris Harlæum Præsidem cum  
A.C. 1610. ceteris ad Luparam adesse jubens, eis  
exprobabat, quod edictum nuper pro-  
mulgassent adversus Papam, cujus ta-  
men benevolentiam in præsenti rerum  
vicissitudine impensius colere, e re Fran-  
cici Status esset: insuper non sine in-  
dignatione minisque, eos abire, & rei  
componendæ media excogitare jubebat.  
Nil tale suspicatus Harlæus ceterorum  
Præsidum nomine rogabat, ut ipsa vel  
per se vel per Cancellarium Nuntiū  
Apostolici querelas magis sigillatim ex-  
plicare dignaretur: quo circa Cancella-  
rius Præsidi retulit, quod Nuntius a-  
pud Reginam questus esset, in hoc e-  
dicto ejusmodi contineri verba, quæ  
summi Pontificis auctoritatem, ac uni-  
versum Cardinalium Collegium tanto-  
pere læderent, ut Nuntius, nisi illud revo-  
caretur, ex Francia se Romam rever-  
surum minitatus esset. Repoluit ad  
hæc Præses, quod septem vel otto ex  
suis Collegis Nuntium jam acceperint,  
professi, quod hæc verba inconsiderate in  
edictum irrepserint: Hoc vix audito,  
confestim Regis Consiliarii instabant, ut  
Cancellarius mox horum nomina indi-  
caret, atque in eos tanquam læsæ Ma-  
iestatis reos inquireret, eo quod absque  
licentia cum extero Oratore contulis-  
sent. Tumultuantum fervorem tem-  
pore

pestive sedabat Regina, afferens, huic Sæc. XVII.  
 malo remedium esse apponendum: cum A. C. 1610.  
 vero torvo vultu aspiceret Harlæum,  
 hic eidem ita reposuit: „Nuntius qui  
 „dem Pontificiæ auctoritati injuriam  
 „fieri queritur, Senatus autem censet,  
 „Bellarmini assertionibus Regiam au-  
 „ctoritatem, potestatemque non mo-  
 „do diminui, sed penitus everti,  
 „Regisque vitæ apertas insidias strui:  
 „indignus forem subditus, si gladium  
 „Regis mei jugulo inferri cernerem, &  
 „manum meam opponere mihi non li-  
 „ceret. Unicus hujus libri scopus est, ut  
 „Reges suos impune occidendi medium  
 „subditis propinetur: doctrina enim  
 „de potestate Pontificis in Regem & Re-  
 „giam vestram Majestatem, Regni hujus  
 „legibus toties est damnata, ut hujus  
 „dogmatis assertores læsæ Majestatis  
 „esse reos censeam. Affirmat Bellar-  
 „minus, quod Papa Regem imbecillem  
 „exauktorare, suisque Optimatibus Re-  
 „gni curam committere possit. Si id ve-  
 „rum, vestra Majestas aut Regno exu-  
 „lare, aut ibidem permanendi facul-  
 „tatem a Papa petere cogetur, Rege  
 „per ætatem adhuc ad gubernacula in-  
 „capaci, nisi Filium suum superiorem  
 „se agnoscere velit, sceptrumque ab eo  
 „tanquam homagio obstricta tenere cre-  
 „dat; Absit tamen a me, ut quicquam

Oo 2

„in

Sæc. XVII. „in Ecclesiæ præjudicium afferam, in  
 A. C. 1610. „hoc tamen nunquam Bellarmini sen-  
 „tentiam sequar, cuius audax præsum-  
 „ptio haud toleranda est, dum doctri-  
 „nam suæ oppositam, cunctosque Re-  
 „gis subditos, fidei Catholicæ adver-  
 „sari afferit: Velle ex Bellarmini fau-  
 „toribus sciscitari, quis eum supremum  
 „nostræ conscientiæ & Religionis Judicem  
 „constituerit, & an ipsi rationem desuper  
 „reddere teneamur, nostrisque con-  
 „scientiis expediatur, falsam ejus doctri-  
 „nam amplecti. Si Concilia nostram  
 „doctrinam ut hæreticam damnassent,  
 „nullum foret dubium: quod autem  
 „unicus homo, & alienigena hujus  
 „quæstionis nunquam ab Ecclesia dam-  
 „natæ, sed a quatuor nostris Regibus  
 „defensæ judicem agere audeat, haud  
 „tolerandum videtur. Perpendat e-  
 „tiam Regia sua Majestas tempus, quo  
 „hic liber in Gallias irrepuit, nimirum  
 „post Regis cædem; eo tempore, quo  
 „Regni vestri hostes Gallicas vires, Re-  
 „gnante foemina, infirmas esse crede-  
 „bant, id certe non ausuri sub imperio  
 „Henrici IV. qui temerarium ejusmodi  
 „latorem etiam Romæ unacum libri  
 „Authore comprehendi jussisset. Has  
 „pluresque alias ob rationes Senatus  
 „edictum suum contra hanc lucubra-  
 „tionem promulgabat:,, His perceptis  
 Regi

Regina Regiique Principes ac Proceres Sæc. XVII.  
 aliquamdiu substiterant, quin vel ver- A.C. 1610.  
 bum cum Nuntio Apostolico loqueren-  
 tur: soluto autem congressu quidam  
 Princeps Harlæum seorsim alloquens  
 interrogabat, an non magis expedire  
 censeret, summo Pontifici obsequii vin-  
 culo junctum esse? ad hæc reponente  
 Harlæo, quod nil optatius foret, salva  
 Regis auctoritate, Princeps subjunxit,  
 quod multa ab eo fuissent prolata, quæ  
 nævis suis haud carerent.

Enimvero Regina Harlæi rationibus  
 parum convicta, urgentibus Nuntio  
 Apostolico, & Patre Cotono præcepe-  
 rat, ut Curiæ Sententia in suspenso re-  
 linqueretur. Harlæus autem tædio ac  
 senio confessus Parisiensis Senatus Prin-  
 cipatum deposuit, subrogato in ejus lo-  
 cum Verduno Tolosanæ Curiæ supre-  
 mo Præside.

### §. CXXXIII.

#### *Facultatis Theologicæ judicium in fa- vorem Edmundi Richerii Syndici.*

Die decima quinta Octobris Edmun- Argentre  
 dus Richerius Sacræ Facultatis l.c. p. 15.  
 Theologicæ Syndicus suum, ac totius  
 Sorbonæ honorem & existimationem  
 vehementer fuisse læsam, præsente uni-  
 O o 3 versâ